Quelle:
Copyright:



, lio Saltzburgensi, aut episcopali Synodo Sa,
, taviensi, prout eis pro bona reformatione
cleri videbitur expedire, jurentque omnes
et singuli Visitatores prænominati in manibus Domini Præpositi Ecclesiæ Lavacensis,
et ideo Præpositus occasione sui Archidiaconatus in manibus Vicarii generalis in spiritua,
, libus, quod ipsorum visitationem, officium
sine personarum acceptione, odio et favore
inordinatis, et omni affectione sinistra procul
exclusis, et sine receptione pecuniarum et
munerum fideliter exercebunt, et quod Ec,
, clesiæ visitandum per ipsos in procurationi,
, bus ultra debitum non gravabunt.

Item prædicta Synodus ordinat et com,
, mittit Reverendo in Xto Patri, ac D. D. Andreæ
Episcopo Vitricensi, Cooperatori in Pontifica,
, libus Domini Georgii Episcopi Lavacensis,
ut statuta provincialia situata sub Rubri,
, ca de Scrutinio in ordine faciendo inor,
, dinibus per ipsum celebrandis observet, et
per examinatores ordinandorum per ipsum
eligendorum inviolabiter faciat observari.

Committitque Synodus præfata omnibus
et singulis visitationibus suprædictis, quod
ipsi inter cætera attendant ad statutum
provinciale situatum sub Rubrica de Offi,
, cio Ordinarii, et illius executionem visi,
, tatione faciant diligenter.

Item protestatur præfata Synodus,
quod capitula situata sub Rubrica de sum,
, ma Trinitate et fide catholica nuper pub,
, licata in concilio Saltzburgensi non
(m) recepit recepit (m) nec recipit, sed super ipsis matu,
, riorem vult habere deliberationem, et ipso,
, rum determinationem reservabat ad pro,
, vinciale Saltzburgense concilium proxi,
, me celebrandum.